



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 5. Quomodo S. Augustinus hunc mundu[m] cum mari comparârit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

rimur, & quasi aquæ dilabimur in terram,
qua non reuertuntur, ait mulier Thecuitis.
De periculis, & aduersis ventis, & mille
incommodis maris, & vitæ inter se com-
paratis, complures meminerunt.

§. V.

*Quomodo S. Augustinus hunc mundum cum
mari comparârit?*

Bellissimè autem S. Augustinus hominis,
per hunc mundum, velut per mare, nauigantibus miseras diuersis locis, considerauit. Qui etsi docuerit, ad illum, qui vbi-
que est, amando veniri, non nauigando;
mox tamen subjecit: Sed quoniam etiam, in tali itinere, abundant fluctus & tempestates
diuersarum temptationum, in crucifixum cre-
de, ut fides tua lignum posset ascendere. Non
mergeris, sed ligno portaberis. Sic, sic, in huius
seculi fluctibus, nauigabat ille, qui dicebat:
Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domi-
ni nostri Iesu Christi. Eandem, per crucem
nauigandi artem, & vitæ huius procellas
describit etiam, cum Euangeliū illud de
Domino ambulante super aquas, exponit,
his verbis. *Dum ille (Christus) erat in excelsis, nauicula turbatur fluctibus in profundo:* quia insurgunt fluctus, potest ipsa nauicula

S. Augu-
stin. serm.
2. de verb.
Apost.

S. Augu-
stin. in
Matth.
serm. 14.

S. 4 turbari;

280. Cap. X. Maritim, & seculi mores,
turbari; sed quia Christus orat, non potest mer-
gi. Nautellam quippe istam, fratres, Eccle-
siam cogitate, turbulentum mare hoc sacu-
lum. Quando aliquis impia voluntatis, maxi-
ma potestatis persecutionem indicit. Ecclesia
& quantum in ipso est, Christianum nomen
conatur extinguere, super nauiculam Chri-
sti grandis vnda consurgit. sed, in his tenta-
tionibus, erigatur antenna, ut suspensa ar-
bore, crucem figuret. Hanc Christianus re-
spiciat, & non deficiat, quia sicut dicit Apo-
stolus Petrus, Christus pro nobis passus est, re-
linquens nobis exemplum, ut sequamur vesti-
gia eius. Dicit etiam beatus Ioannes: Sicut
enim Christus pro nobis animam suam posuit,
sic & nos debemus pro fratribus animas pone-
re. Huic ergo antenna, id est, cruci Christi,
simplex conuersatio, & pura confessio, tanquam
candentia vela, religentur. Et vela nostra flu-
etibus abluantur, vestisq; tendatur, ut sine ma-
cula, & ruga, inueniatur. Quantumlibet ma-
re sciat, ventus incumbat, inter fluctus &
fluctus, nauis ista tarbetur tantum, non mer-
gatur, & currit. Denique posteaquam navi
haec adficata est in Hierusalem, atque inde in
medio pelagi huius frementis emissâ est, & sua-
tum volumina undarum, & furentiâ fabri-
ventis

ventorum, dum eam huc atq; illuc circumferebant, omnium gentium littoribus appulerunt, peregrinas merces, quacunq; inuenit, inuenxit. Quid enim tam peregrinum, in terra nostra, quam per paenitentiam, remissio peccatorum, regnumque calorum?

§. VI.

*Ecclesia nani similis, quò, & quomodo
debeat tendere?*

Igitur habemus ex hoc sancto Patre, saeculum esse mare, tempestates insurgere in persecutionibus, nauem tutissimam eligi, si in crucem, cum Christo, ascendamus. Quò autem tendendum est? quò nauis dirigenda? Quo modo, qui nauigant, nauem ad astra dirigunt, ait Clemens Alexandrinus. Neq; monstra hic marina nobis sunt metuenda. Virtute crucis pericula omnia superantur. Quid ergo nos? ait Augustinus.

Ad patriam, quà ituri sumus? per ipsum mare, sed in ligno. Noli timere periculum, lignum te pertat, quod continet saeculum. Ergo attendite: Hoc mare magnum & spaciosum, ibi repentina, quorum non est numerus, animalia pusilla & magna. Noli timere, noli tereri; desidera patriam, intellige peregrinationem. Illic naues commeabunt. Ecce in eo, quod

Clem. A.
lexandr.
lib. 6.
Strom.
S. Augu-
stin. in
Psalmi. 3.

S 3 terre